

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fides siue fidelitas ae
cum fonte primo

Lapis quidem durus est,
sed cum factum fuerit de eo opus, desistere nescit.
Sic et gentiles cum difficultate credunt,
et tamen credentes in eternum permanent in fide.

Crisostomus super illud Matthei III.: Potens est
Dominus de lapidibus istis.

Lapis quidem durus est ad opus:
sed cum factum fuerit opus ex eo, deficere nescit.
Sic et gentes cum difficultate quidem crediderunt,
tamen credentes permanent in aeternum in fide.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*,
3 (PG 56, col.652).